Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30390
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

15

mors illi ultra non dominabitur. Sed et dolor et gemitus omnis ab
cedet. quoniam absterget deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum et
iam non erit amplius neque luctus. neque clamor. sed neque ul
De lacrimis — lus dolor. quoniam priora transierunt. Felices lacrime quas be
nigna manus conditoris absterget. et beati oculi qui in ta
libus liquefieri fletibus elegerunt. quam elevari in superbia. qua
estibus — omne sublime videt. qua avaricie et petulantie stimula
ri. Sedebit ergo corpus inmortalitatis et inpassibilitatis
De sessione corporis — gemina quadam felicitate dotatum. liberum ab omni necessita
te. ab omni corruptione securum. alienum et inmune ab
omni concupiscentia. configuratum denique claritati corporis
De sessione anime — Christi. Sedebit et anima sic nil metuens. sic nec cupiens
ultra. nimirum plena beatitudine. et secura plenitu
dine fruens. nullos iam cogitationum fluctus. nullos
temptationum conflictus. nullos affectionis sentiens
motus. sed eterne illi incommutabilitati perfectius inmersa et sic
adherens deo ut unus iam spiritus sit facta cum eo. XXXIIII
Sed quando hec aut quibus hec erunt? Vos inquid qui secuti es
tis me in regeneratione cum sederit filius hominis in se
de maiestatis sue sedebitis et vos. Iam quidem sedet filius homi
nis in sede maiestatis sue. siquidem ascendens in celum sedet
a dextris dei. sed cum sederit dictum est apparuerit sedens. sicut
apostolus ait Cum apparuerit Christus vita nostra. tunc et vos appare
bitis in gloria cum ipso. An magis audebimus dicere. et ipsum
adhuc stare quodammodo ut potest cuius necdum sedes consummata
videtur. necdum pedibus eius scabello subposito quod a patre
promissum est. Non quod illi plenitudini quippiam desit. sed quod mem
bra caput expectet. Audeat hoc testari. qui meruit intu
eri. Ecce ait Stephanus. video celos apertos. et filium homi
nis stantem a dextris virtutis dei. Paulus quoque scribit.
sic Christus assistens pontifex futurorum bonorum. intro
ivit semel in sancta eterna redemptione inventa. Ce
terum in regeneratione corporum sedebit in sede maies